Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars prima - Cod. Aug. perg. 22

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum X

urn:nbn:de:bsz:31-41594

Visual Library

dies redempcionis nostre. reparacionis an-
tique. felicitatis eterne. hodie pax eter-
nitatis nobis hominibus. ut canitur in
principio angelico qui hodie est factus.
Hodie ut cantat ecclesia per totum mundum
melliflui facti sunt celi. hodie apparu-
it benignitas et humanitas saluatoris
nostri dei. quia ut dicit Bernardus. potencia
apparebat in rerum creacione. sapiencia vero.
in earum gubernacione. set benignitas mi-
sericordie maxime nunc apparuit in humanitate.
Hodie adoratus est deus / in similitudine
carnis peccati. hodie et nos cum christo sumus
confirmati. quia generacio christi origo est chri-
stiani. Hodie illa duo miracula coruscu-
erunt. que omnem superant intellectum. et
sola fides apprehendere potest. scilicet quia
deus nascitur et virgo parit. hodie aliorum
miraculorum claruit multitudo. Demum
omnia que de incarnacione dicta sunt. qua-
si hic clarius elucescunt. ibi inchoata hic
manifestata videas. nunc illa. ac ista
coruscare et applicari. Merito ergo est ista dies
gaudii et exultacionis. ac leticie mag-
ne memorie. — Oracio

Ihesu dulcis qui de ancilla hu-
mili. humilis natus. te humili-
natum humilitatis pannis
inuolui et in presepio reclinari voluisti
da michi clementissime domine. per tuam in-
enarrabilem natiuitatem. renasci in
me noue vite sanctitatem. et sic sub
habitu et pannis mee religionis humi-
litatis. ut inter arta regularis discipline
studia velud in quodam presepio reclina-
tus ad culmen vere humilitatis valeam
attingere. et qui nostre humanitatis et
mortalitatis fieri dignatus es parti-
ceps. da michi tue diuinitatis. et
eternitatis esse participem. Amen.

Sequitur secunda

De circumcisione domini capitulum xi

Postquam autem consu-
mati et completi sunt dies octo
saluatoris a natiuitate domini. communi
consuetudine computando. circum-
cidi mandaretur puer. secundum legis preceptum.
quia hoc erat tempus circumcisionis depu-
tatum. vocatum et declaratum est nomen
eius ihesus. id est saluator. quia in circum-
cisione solebat nomen imponi. quod scilicet
nomen iam ante impositum a deo vocatum
tum idest prenunciatum est ab angelo. prius-
quam in utero saluatoris conciperetur virginis concepe-
retur de spiritu sancto. Ritus circumcisionis
a beato patriarcha Abraham exordium
sumpsit. quando et nominis amplifica-
cionem accepit. Nam cum signaculo cir-
cumcisionis augmentum et immutacionem
promeruit nominis. ut qui prius dicebatur
abram. i. pater excelsus. deinceps ob me-
ritum fidei diceretur abraham id est pater
multarum gencium. Nec solum ipse. sed e-
ciam venerabilis uxor eius. augmentum
nominis cum immutacione promeruit.
ut que prius dicebatur sarai. id est princeps
mea et domus sue tantum. deinceps
diceretur sara id est princeps omnium recte
credencium feminarum. Ex hoc ergo in consue-
tudinem venit quod ad huius rei imitacionem
nomina imponerentur pueris in die circumci-
sionis eorum. et sicut puero ihesu est factum.
Ab humilitate ergo que est radix et cus-
tos virtutum ihesus sumens inicium cir-
cumcisionis accepit signaculum. ut per
te sanguinis sui precium. non tardans
effundere / se verum verissimum saluatorem
ostendat operibus tam verbo quam
signo repromissum. eius assumptum quod
omnia preter ignoranciam et peccatum
Duo magna hodie sunt facta. primum
quod nomen saluatoris ihesus est manifestatum
quod ab eterno sibi erat impositum et
ab angelo priusquam in utero conciperetur

vocatum. Angelus enim Gabriel mis
sus ad mariam ait Ecce concipies in vtero
et paries filium. et vocabis saluator circu
sisione nomen eius ihm saluet a deo pre
sibi impositum. vnde in ysaia Et vocabit
tibi nomen nouum. quod os dni no
minauit. Tercio erg vocabulum ihu
dulce et gloriosum omni adoratu. cultu
q dignissimu nomen quod e super o
me nomen. non decuit primu ab hoib
appellari neq ab eis afferri in mundu
sed ab excellenciori quadam maiori na
hoc ergo nomen ei innatum e cet enim
saluator sit a gracia natura habet. Et
quamuis hoc nomen alijs ante fuerat im
positum. tamen fuit nouu in xpo, in q tu
fuit impositum ab hac preetate qua e
saluator omi. que in alijs no fuit. licet
salutem in aliquo facto particulari fecerit
Ihus enim hebraice. saluator interptat
latine. Dicitur autem saluator primo a
potencia saluadi. et sic qu eit ei hoc nom
ab eterno. Secundo ab habitu saluadi.
et sic fuit ei impositum ab angelo et q
uenit ei a concepcionis sue pricipio. Ter
cio ab actu saluandi. et sic fuit vocatu
nomen in circumsisione et quenit ei tpe
passionis sue. Igitur pm Criss. hoc nome
dni. quo ihus ex vtero virginis nuncupat
no nouum ei e. s antiquum. qr ihus i
saluator vocatus est secundu carnem
qui erat saluator secundum diuinitatem
vnde considera dignitates huius nominis
primo q hoc nomen fuit ab eterno predi
natum et consecratum. Secundo fuit dino
ore nominatum. tercio a patriarchis et
patribus antiquis desideratum. Quarto
a prophetis prebatu. quinto ab antiquo fig
in ihu naue. q et Josue dicit prefigura
tu. Sexto ab angelo virgini et Joseph
pnunciatum. Septimo a beata virgine
predicatu. octauo a Joseph impositu
nono ab angelis diuulgatum. Decio
ab aplis magnificatum. vndecio a mar
tiribus testificatum. Duodecio a confesso
ribus collaudatum. xiij a scis virginibus
tamquam oleu effusum pregustatu. xiiij
a fidelibus veneratu. Est et secundum augustinum
differencia inter nomen ihu et nomen xpi. quia
nomen ihu e nome ppium. sed nomen xpi
e nomen tue et sacramenti. Item nome xpi
e nomen gracie. s nomen ihu e nome
glorie. Dicit enim hic per graciam baptismi
sicut a xpo dicit xpianus. sic in celesti gloria
ab ipo ihu dicitur ihesuite ides a saluatore
saluati. Et quanta e differencia inter graciam et gloriam
tanta differencia potest dici inter nomen ihu et xpi
Moraliter secundum Bedam. sicut xpus in
sua circumsisione spirituali accepit hoc
nomen ihus. ita electi in sua circuisisione
spirituali percipiat isto nomine. vt sicut xpi a
xpo dicti sunt xpiani ita et a saluatore salua
ti. Quod eciam nomen eis non prius pt
in vtero ecclie. p fidem conceperetur. sed eciam
ante secula a deo vocatum est. hoc e ergo
nomen quod e super ome nomen. nec di
e aliud nomen sub celo datum hominibus
in quo oportet nos saluos fieri. Nomen
quod secundum bern e mel in ore. in aure
melos. in corde iubilus. Nomen quod ad
instar olei lucet predicatum. pascit re
cogitatum. lenit et vngit inuocatum
Et secundum petrum rauenas. hoc e no
men quod dedit cecis visum. surdis au
ditum. claudis gressum. sermonem mutis
vitam mortuis. totamq diaboli potestatem
de obsessis corporibus. virtus huius nois
effugauit. De hoc noie dicit Ans Ihs
e nomen dulce. nome delectabile. nomen
confortans peccatorem. et nomen beate spei
ergo ihu. esto m ihus. Nomen ihu e virtus
sum vnde illud apli. abluti estis sanctifi
cati estis. iustificati estis. in nomine dni
nri ihu xpi. habet n nome ihu

virtutem ablutivam quo ad peccati macu
lam. virtutem sanctificativam. quo ad cul
pam et virtutem iustificativam quo ad rea
tum. Cum igitur tria sint in peccato. scilicet
macula culpa et reatus patet quod quo ad omnia
ista remittitur per nomen ihesu unde Johannes
Remittuntur vobis peccata propter nomen eius. In
hoc nomine omne genu flectetur. celestium ter
restrium et infernorum. hoc nomen domini
quicumque invocaverit salvus erit. De hoc
quoque nomine ipse dominus ait. Quodcumque petieri
tis patrem in nomine meo dabit vobis. Hoc nomine
igitur nomine in omnibus orationibus ora
debemus. et petitiones in nomine christi for
mare. et propter hoc orationes ecclesie in fi
ne formantur in christi nomine dicendo per
christum dominum nostrum vel aliud simile. In ho
nomine ille non petit. qui contra dei disposi
et contra suam vel aliorum salutem petit
ymmo vero qui taliter petit contra hoc nome
eum petere dubium non est. Vere ergo et
ipse dictus est ihesus. quia non nisi in hoc solo
nomine salutem obtinere possimus
unde de se ipso dicit. Ego sum alpha et o.
principium et finis. Quia sicut per verbu
eternaliter deum omnia producuntur. sic per
verbum carnem omnium reparatur pro
movetur et finitur. Secundum quod hodie
factum est. quia cepit hodie dominus ihesus nomen
suum sacratissimum sanguinem pro nobis
fundere. cum primus caro cultello madi
vel lapideo. Tempestive cepit pati pro
nobis. et qui peccatum non fecit penam
hodie portare incepit pro peccatis nostris.
Non plum enim morali. sed etiam infa
tili etate sanguinem suum pro nobis
voluit fundere. ploravit autem puer ihesus
hodie propter dolorem quem in carne sensit
nam veram carnem et passibilem sicut
ceteri homines habuit. Et eo plorante cre
dis ne quod mater potuerit lacrimas conti
Ploravit ergo et ipsa. Compatere et tu

sibi et plora etiam cum eo quia hodie ipse
fortiter ploravit. Nam in sollempnitatibus
istis multum gaudere debemus propter sa
lutem nostram quam quesivit. sed multum
compati et dolere propter suas angustias quas
pro nobis sustinuit. Multum etiam per hoc
animari debemus ad tollerandum penas
pro peccatis nostris. cum cernimus ipsum tantas
tollerasse pro alienis. unde Bernardus. Servus
non erubescat refugere multo minores pe
nas pro peccatis suis cum noverit christum
tantum pertulisse. non pro suis sed alienis
Et sciendum quod septies vicibus sanguinem
suum fudit pro nobis. primo in circumcisione
et hoc fuit nostre redemptionis initium.
Secundo in oratione et hoc fuit nostre re
demptionis desiderium. Tercio in flagel
latione. et quarto in coronatione et hoc
fuit nostre redemptionis meritum. quia livo
re eius sanati sumus. Quinto in crucifix
ione et hoc fuit nostre redemptionis
precium. tunc enim que non rapuit exsol
vebat. Sexto in lateris apertione et hoc
fuit nostre redemptionis ~~precium~~ sacramentum
per quod figuravit nos per aquam baptis
matis debere mundari qui quidam bap
tismus habiturus erat efficaciam a san
guine christi. Per primum docemur nos spi
ritualiter circumcidere et peccata abicere.
Per secundum docemur mentis angustiam
pro salute nostra sustinere. Per tercium
carnem nostram domare. Per quartum
caput nostrum virtutibus ornare. Per
quintum membra nostra mandatis dei li
gare. Per sextum vulneratum cor in ca
ritate dei habere. Videamus ergo quoties
christus suum fudit sanguinem propter nostram
redemptionem ubi sunt nostre lacrime
ubi gemitus ubi fletus ubi graciarum
actiones pro tam copiosa sanguinis
effusione. Venite adoremus et procida
mus ante eum ploremus ante dominum

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

q nos fecit / et tam copiose redemit. Ut aut(em)
enim bene sufficisset ad redempcionem or
bis / una preciosissimi sanguinis gutta /
sed data est copia / ut in beneficiis recordacio-
nis diligentis clarescerent. copiosa enim
apud eum redempcio / Ut autem dictum est
ritus et religio circumcisionis ab abraham
sumpsit exordium / quia primus omnium dei con
fessus est fidem / et in signum huius primo
accepit circumcisionem / que fuit signum
distinguens fideles ab infidelibus. Cre
dens enim abraham adhuc in preputio
positus filium se habiturum / quem ei deus
promisit. huius rei signum circumcisionem
accepit. ut qui credens iustificatus sit et
nerer. fuit ergo data et instituta cir
cumcisio primum propter meritum fidei abra
he / ut sicut fide distabat a nacionibus ce
teris / sic distaret eciam signo circumcisionis
Item ut populus qui ex eadem progenie nas
citurus erat. per circumcisionis signum
peculiaris deo agnosceretur / et ab aliis
nacionibus discerneretur / ac semen eius
qui credens deo / hoc primum acceperat esse sciret
Item ut si quis ex eodem populo in prelio
corruisset / hoc signum circumcisionis
inter gentes cogniti / quia de stirpe sancta
descenderat / sepulture traderetur / Ideo
in heremo non circumcidebantur / ubi solum
sine gentilibus conuersabantur Item in re
medium peccati originalis / et ad repre
ssionem concupiscencie carnalis / da
ta est eciam circumcisio in paruulos. fit preposicio
nis fidei / quia circumcisio est quedam profes
sio mosaice legis seruande / sicut et bap
tismus est professio legis euangelice / et
per professionem illam disponebantur ad fi
dem / Circumcisio igitur preteriti temporis /
mandatum fuit / et signum promissi et
quam usque ad christum optinuit auctoritatem
habere / ut tam diu curreret / donec
christus nasceretur promissus abrahe / quo

nato et promissione impleta / oportuit
circumcisionem / et signum promissionis ces
sare / unde fiebat aliis preceptis / quia preceptum
erat cessatus / Voluit autem christus circumcidi /
ex causis pluribus / quamuis non esset legi sub
iectus / primo ut ostenderet se esse de genere
abrahe / qui circumcisionis mandatum acce
pit / et cui de christo repromissio facta est. Se
cundo ut patribus assimilatus / iudeis sa
tisfaceret / ac scandalum et omnem excusacionem
in se non credendi / et eum non recipiendi /
ipsis auferret / Tercio ut legem veterem et
circumcisionem quam deus instituerat / approba
ret / ac eam suo tempore iustam et bonam fuisse mon
straret / Quarto ut obediencie et humilitatis virtutem
nobis suo commendaret exemplo / preceptis legis cui
tamen subiectus non erat / obseruando / Quin
to ut legem quam dedit / aliis eciam ipse imple
ret / et quam in similitudine carnis peccati / non
aut in carne peccati venerat remedium / quo ca
ro peccati mundari consueuerat / non respueret
Sexto ut legis onus in se sustinens / alios
a legis onere quod portare nequiuerat / libera
ret / quia factus est sub lege / ut eos qui sub lege
erant redimeret / Septimo ut pro nobis san
guinem suum non solum in etate virili
sed eciam in infancia funderet / et tempestiue pa
ti inciperet / Octauo ut in se veritatem carnis hu
mane ostenderet / et hereticos qui dicturi
erant non esse verum corpus / sed fantasti
cum habuisse / confunderet. Nono ut casti
tatem que a circumcisione actus illius
membri est commendaret / et concupiscen
ciam carnalem reprobaret. Decimo ut in ipso
carnalis circumcisio finem / et spiritualis exor
dium haberet / et nos fore spiritualiter
circumcidendos demonstraret / ut enim ait
apostolus / finis legis christus / ad iusticiam omni cre
denti / hodierno itaque die cessat circumcisio
corporalis / et habemus pro ea baptismum /
qui est maioris gracie / et minoris pene /
Nam gracia baptismi superueniens carnis

circumcisionem evacuavit / quemadmodum
fructu adveniente flores decidunt et marcescunt / unde Gregorius. Quod apud nos valet
aqua baptismatis hoc egit apud veteres et
pro parvulis sola fides vel pro maioribus
virtus sacrificii vel pro hiis qui ex abrahe stirpe prodierunt misterium circumcisionis. Et
secundum Bedam idem auxilium curacionis
in lege circumcisio contra originalis peccati vulnus
prestitit. quod nunc baptismus tempore gratie
confert nisi quod ianuam in regnum non
dum patebat circumcisis. ut modo baptizatis. Sed vero non solum baptismus hoc facit
sed etiam passionis adiunctio. quia si circumcisioni
adiuncta esset et similiter ibi fieret. Ideo autem
in carne preputii fiebat circumcisio. quia ex
parte illa magis concupiscencia dicitur per
quam originale peccatum propagatur. Ubi ergo vulnus
peccati est / ibi apte signabatur peccati remedium
significatur autem per circumcisionem carnis
circumcisio mentis. qua mundatur anima a viciis. Et ideo debemus circumcisionem spiritualem
in omnibus intus et exterius habere. et ex omni
parte spiritualiter viciis circumcisi esse. Circumcisus enim Christus ut omnia peccatorum viciorumque
superflua hominem abscidere a se debere doceret
unde secundum Bernardum duplex est circumcisio / que
a nobis fieri debet scilicet interior et exterior.
Exterior consistit in tribus scilicet in habitu ne sit notabilis. In actione ne sit reprehensibilis et in sermone ne sit contemptibilis.
Interior similiter in tribus consistit scilicet in cogitacione ut sit sancta. in affectione ut sit pura. in intencione ut sit recta. Hec Bernardus.
Debemus igitur esse circumcisi corde a cogitacionibus noxiis et immundis. a iudiciis falsis
et temerariis ab intencionibus et voluptatibus iniquis ut tota deo presentemus
verepsi in corde. quod coram hominibus erubescimus dicere vel facere. et quod dicere vel facere
hominibus / hoc sunt cogitaciones deo. Debemus
quoque esse circumcisi lingwa a verbis

turpibus detractoriis mendosis. ociosis et
superfluis. quia de omni verbo ocioso etiam ignoranter prolato. sicut et de cogitacione
minutissima reddenda est racio in die iudicii. Debemus etiam esse circumcisi omnibus
sensibus et membris corporis nostri. a gressibus et illicitis. a voluptuosis et superfluis omnibus abstinendo. et non solum
a peccato. sed et ab omni occasione peccati nos subtrahendo. quia nisi quis occasione peccati vitaverit. vix peccatum declinabit. Tali circumcisione omnia vicia et peccata tolluntur et excluduntur. unde ~~in membris omnibus circumcisis~~
in octavo die merito circumcisio fiebat in qua
et ultima resurrectio fiet quando membris
omnibus circumcisis. id est viciis et peccatis abscisis / totus exemptus innovatus. omnique
superfluitate mundatus. homo ad immortalitatem resurget. Octava dies ipsa est / que post
In hac enim mundus cepit. Christus resurrexit
in hac et universalis resurrectio erit. Sex
etenim sunt huius seculi etates. in quibus
pro deo laboribus insistere. et pro adipiscenda sempiterna requie ad tempus operari necesse est. Septima est etas eorum qui hac
sed in alia vita quiescentium usque ad tempus
resurrectionis omnium. Octava autem etas ipsa
est dies resurrectionis. sine ullo temporis fine
beata. Tunc autem non solum circumcisi
sed omnibus ab eis peccatis absolutis mundi et
immaculati eternum nomen sancti suscipient
et hereditatem. Qui ergo mala et vana
cogitare vel loqui aut facere non appetit.
iste interius et exterius / perfectius circumcisus est. Parum autem prodest circumcisum
esse ex parte una et non ex alia ut ait
quis peccati. nichil prodest homini ieiunare et orare et alia religionis bona
agere nisi mens ab iniquitate et ab obtrectacionibus lingwa prohibeatur. Nichil quidem
prodest scilicet quantum ad vitam eternam.
prodest enim quo ad temporalia. unde et

q hec fieri cum cultello precipitur. Sicut enim in circumcisione corporali fit amputatio superflue carnis, sic in circumcisione spirituali fit amputatio vitiorum et

Beda. Nemo sane cum circumcisionem pre
dicari audierit, connubii solum membri con
tinentiam autumet imperari. qui vel a forni
catione tantum vel licito matrimonio tempe
ranter utentem, vel virginitate gloriosum
existere absque aliarum virtutum adiectione suf
ficiat, et non omnium potius quos corde vel
corpore gestamus sensuum castigationem
precipi. Ille itaque vera circumcisione mundatus
est qui obturat aures suas ne audiat san
guinem, et claudit oculos suos ne vide
at malum; qui custodit vias suas ne deli
quat in lingua sua, et attendit sibi ne
gravetur cor eius in crapula et ebrieta
te; qui lavat inter innocentes ~~linguas~~ suas
manus, et ab omni via mala prohibet pe
des suos; qui super omnia castigat corpus
suum et servituti subicit, omnique custodi
a servat suum cor, quoniam ex ipso vita pro
cedit. Sed et ipsa bona actio sua quam in ab
scondito est circumcisione non minus indiget,
ut cum ieiunio, oro, elemosinam facio, glo
riam in his factis queram. Quam propter et
apostolus absconditam corde circumcisionem
sedulo commendat, cuius laus non ex hominibus
sed ex deo est. Hec Beda. Debemus ergo de
peccatum intus et extra vitare, et ex omni
parte spiritualiter circumcisi esse. Tenens
etiam homo circumciditur quotiens post peccatum
ad penitentiam revertitur. Hanc autem circumcisio
nem precedere oportet octo spirituales il
luminationes divinarum gratiarum
que per octo dies intelliguntur, et sic octavo
die circumcisio in anima celebratur, videlicet
peccatoris ad deum conversio, peccati recor
datio, contritio, confessio, satisfactio, peccati
detestatio, in futurum cautio, et ex hiis
octo sequitur impii iustificatio, qua gratia
infunditur et peccatum expellitur, et in ipso
die octavo scilicet in iustificatione impii celebratur
circumcisio in anima penitentis. Que quidem
circumcisio non est aliud quam amputatio
vitiorum inter peccatorum que sola sunt homini
superflua. omnia enim alia creata in homine sunt
valde bona. Et nisi ista circumcisio fiat in
anima, ipsa est filia perditionis secundum illud
Genesis: masculus cuius preputii caro circumcisa non
fuerit, peribit de populo suo. Item ista octo di
es sunt octo illuminationes spiritus sep
tiformis septem virtutibus principalibus
cum perseverantia finali, que est octava. Et quia
nisi per Christum peccata non tolluntur, ipse est
enim agnus dei qui tollit peccata mundi, ideo octavo
dictum est: circumcisio cultris fiebat petrinis
quia petra erat Christus. Hec illa in decorum circum
cisio significat, et sine hac significatione in
utilis est. Et ideo Christus circumcisus est ut circum
cisionis significationem nobis commenda
ret. Sicut enim nobis est natus, nobis bapti
zatus et passus, ita et nobis non sibi est circum
cisus. Spiritualem ergo circumcisionem sig
nificatam per corporalem habere studeas,
ut illam spiritualem que in octava resurrectio
nis in nobis futura est, ab omni corruptione
culpe et pene consequi merearis. Tres itaque
constat esse circumcisiones, una est sacramentalis
scilicet circumcisio que est in corpore. Due vero
sunt res illius sacri, videlicet circumcisio a
peccato que cottidie est in anima, ac circum
cisio a peccato et ab omni pena peccati, que in resur
rectione erit in anima et corpore. Oratio

Ihesu clemens qui de virgine na
tus sub lege circumcidi voluisti, e
circumcide ibi inferiores cogitationes,
verba et opera servi tui, ut nil tue volu
tati contrarium cogitando, loquendo, operan
do peragam, sed in sensu sit in cogitatus
dei et omnis intentio mea in preceptis al
tissimi, et in operibus mandatorum dei tuorum
dirigantur omnis acta mea. Ecce domine coram
te sunt cor meum, lingua mea, sensus et
membra, conantur quidem sed per se non pos
sunt, tu que ipsi non possunt et perfice in bonis
desideriis mei pectoris que consuevisti dare.

desiderium tuum dare iustis domini. De appa-
ricione dni in templo capitulum vi

Uicesimaterciadecima vero die puer iste
manifestauit se gentibus i. magis
qui erant gentiles. prophetam seu
vaticinatum quippe fuerat per
balaam prophetam gentilium. quod orietur stel
la ex iacob. et exurget homo de israel. vbi om
dicit quod ortus noue stelle apparens erat signum
xpi nascentis. Isti ergo videntes nouam stel
lam cognouerunt per inspirationem diuinam
quod illa erat. que per balaam predicta fuit.
et ideo statim mouerunt se de locis suis vt
ad venerandum puerum natum venirent. Isti
a balaam origine duxerant. et non minus
fidei quam generis successores et heredes
erant. vnde non a magica arte. sed a magnitu
dine sapientie vocati sunt magi. qui in sapientia
magni. et erant in sciencia astrorum periti.
Quos enim hebrei scribas. greci philosophos. latini..
non maleficos sed sapientes pronunciare fide
mur. Qui ideo etiam reges dicti sunt. quia
illo tempore philosophi et sapientes regnare sole
bant. vnde et de antiquorum temporum fe
licitate seneca sic dicit. Summa felicitas
erat gencium. in quibus non poterat po
tencior esse nisi melior. Illo ergo seculo
quod aureum perhibetur. officium erat impe
rare non regnum. parum erat regi sine arte
et sine difficultate. sibi inuenire aliquod
receptaculum. vnde de quodam philosopho tunc
regnante statim subiungit. Dyogenes de
dolus cum vidisset puerum caua manu
aquam bibentem. fregit protinus exemptum
de pera caliculum. hac obiurgacione sui
Quam diu homo stultus super vacuas sar-
cinas habui. Qui se complicauit in dolio.
et in eo cubitauit. hec seneca. O quantum
distat inter reges huius temporis et illius
quoniam omnia illa alius contraria sed diuicias
honores et delicias querunt. et ideo in
futuro forte penis grauibus habebunt. Et
venerunt magi ab oriente. i. a partibus que
respectu ierusalem sunt versus orientem. vt sanctus Crisostomus
vndecumque nascitur. inde procederet fidei inicium
quia fides lumen est animarum. Et per eundem Ieron
ymum ab oriente venerunt. qui solem iusticie
nouum nobis ortum annunciant. lectisque in
moribus. totum mundum illuminat. Ue
nerunt autem specialiter de finibus persarum
medorum et caldeorum. vbi fluuius est saba
a quo et sabea regio illa dicitur. vnde qua
est arabia vbi magi reges fuisse memorantur.
Sunt autem due Arabie. vna germina et
vicina iudee. et respectu ierusalem ab oriente de qua
videntur magi venisse. Alia extrema indie
distans a ierusalem quasi vnius anni itinere.
et de ista hac xiii dies non poterat venire
vnde Uenusius. Bacdum est quod aliqui solent
dicere. quod puer qui tunc natus est. in tam breui
spacio temporis. de vltimis finibus terre
eos ad se perducere potuit. vel si fuerint suc
cessores balaam. regio istorum non longe
distat a terra promissionis. ideo in tam
breui temporis spacio ierusalem venire potue
runt. hec Uenusius. Factum est autem vt visa stel
la. quidquid per eam significabatur. sancti
spiritus illustracione. mox intelligerent.
Xpm scilicet deum et hominem. in stella
querebat. quem diuina inspiracione per stel
lam significari intelligebat. Ista stella dif
ferebat ab aliis multipliciter. primo in
substancia. quia aliarum stellarum materia est materie ce
lestis et quinte essencie. hec autem de substancia
corruptibili fuit. Secundo quo ad eius
principium effectiuum. quia alie stelle a deo
per verbum create sunt. nulla cooperante
natura. sed ista ministerio angelorum creditur facta.
Tercio in duracione. quia alie sunt a
principio mundi condite et in eternum ma
nebunt. ista xpo nato creata est. et postea
esse desinit. Quarto in situ. quia alie sunt

nota. pulchra de stella